



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Injusta gradatio Baronii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

semper mortale, quia inducere ad peccatum mortale, est mortale. Sed in iuramento sine veritate semper est peccatum mortale, ergo: Hec Suar. cap. 14. ad num. 8. quem in omnibus laudat Sanchez & ceteri supponunt.

Putat Suar. num. 8. non licere, petere ab alio, ut juret determinate, V. G. quod Petrus sit Doctor, quod putat verum, si petens sciat revera esse falsum, contra vero posse petere indeterminate: Iura, quod scis de hac re, persona, &c. & Sanchez addit, esse mortale, & Basilius, & Castrop.

Sed contrarium est probabile, & tutum, quia nec est incitatio ad peccandum, cum revera jurans non peccet; immo facit actum Religionis jurando; nec est contra Religionem, Cum Deo per illum actum nulla fiat injuria, sed potius honor tribuatur, cum revera sit actus Religionis. Nec, quod ego sciam, esse falsum, reddit malum juramentum, cum ego non jurem, nec petam jurari falsum. Sic Hurtad. de Mendoza in 2.2. d. 17. sec. 16. §. 199. quem citat, & sequitur Diana, &c. Hec Tancredi.

16. Dicit aliquis, hos postremos Doctores esse Janensistis infensos, atque adeo eorum doctrinam ab eis non admitti.

Respondeo, Ne ab ipsis admittatur, certe admittetur ab aliis sapientissimis viris, quod nobis satis superque est.

17. Illud nolo hic silentio pratermittere, Antonium Cotonium Philosophum, ac Theologum nostro aevi insignem, Janem modestius se gessisse, quam se gesserit Baronius Cum enim retulisset l. 1. Contror. 11. de iurament. num. 12. & 13. prædictam Hurtadi sententiam, citassetque pro ea Tamburinum, quem suum Præceptorem appellat, deinde modestissime loquens, ita in finem eam sententiam ipsi minus placere, ut tamen nulla censura nota illam inuratur; immo videatur illi indulgere non nihil. Sic enim loquitur num. 14.

18. COTON. Melius ergo explicatur id, dicendo, quod in casu iuramenti assertori materia actus est objectum, non prout est in re, sed prout est in iudicio. Quare cum quis inducitur ad jurandum id, quod existimat verum, non inducitur ad malum, ne materialiter quidem, & certe, ut fateatur Delugo n. 23. potest quis inducere alium ad jurandum, non quod res ita sit, sed quod ipse ita existimat, in quo nulla est culpa. Absolutè tamen non licet, quia etiam si iuramentum cadat immediate supra iudicium, mediate, & remote cadit etiam super objectum.

19. Hactenus Cotonium, cujus ultimæ huic doctrinæ Hurtadus respondere posset ex dictis, nimirum eos, de quibus loquimur, non petere, nec jurare, nisi quod immediate verum est; nam ab eo, quod est mediate, & remote præcindunt; perinde ac, si quis juraret, V. G. te esse Civem Parisiensem, supposita re sibi moraliter certa, verum juraret, quia juraret illud, quod est moraliter certum, quidquid sit, an re ipsa falsò, vel vere tu Parisiensis civis existas.

20. Septimo reprehendit Baronius Tamburinum, quod sic docuerit.

BARON. fol. 96. Sed certe vera distinctio, ut si peneretur, censenda sit in posterum probabilis Hurtadi hoc modo explicata sententia.

Quibus Tamburini verbis Baronius hæc alia verba subiecit, quæ à Tamburino dicta.

Hæc sententia antea improbabilis, donec ista nova cogitatione accessit illi probabilitas.

21. Hæc verba non sunt in mei Præceptoris Textu, ille autem ea de more (nam siugi usque fru-

gi est) addidit ex abundantissimo penu suo. Quæ verba, quamvis parum rem elevent, vel deprimant, nihilominus unum video alterum suspicari. Vnde, imponi multa Tamburino, quæ ipse non dicit. Vnde, picor id à Baronio esse additum ad excitandum devotam ad dictam doctrinam, quod saltem devotitate suspectam.

Denique in calce hujus imputati Parisiensibus, lud inconveniens colligit ex data doctrina, huiusmodi.

BARON. folio 97. Nec dubium est (inquam) ex hac sententia excusare posset Scholasticus Tamburinus, qui, ut suum cursum probent, & manant sibi ut ad prædictum, & subinde ad officia, & beneficia, adducuntur, amicos duos, qui rei sibi incomperta, suspicantem sedulo verbo, & si velis iuramento, fidem faciant, istam fiduciam diones frequentasse.

23. Nollem esse ita injurius, ut dicerem huc dormivisse Baronium, sed tamen id iungere cogor. Siquidem si paulò ante retulit Tamburinum docentem, tunc illud iuramentum excusari peccatum, do sine damno proximi, bono animo juratores, quomodo nunc dicit, ex hac sententia Tamburini posse à Scholastico excitari amicos ad testificationem de sua frequentia, cum tunc multa damna intulerant? Intercurrit enim Primo damnum quod habetur Scholis, seu Universitatibus, spe enim ejusmodi testificationum non adeo frequentes essent Auditoribus. Secundo, ipsis studentibus, qui, hac re non valde laborabunt de frequentandis lectionibus. Tertio, præsertim ipsi Scholastico ejusmodi iuramentum exposcenti. Quarto, quod caput maximum sit damnum Ecclesiis, & Cathedralibus, quæ si ejus generis iuramenta concederentur, ab inter Ministris subinde regerentur, quod est intolerabile damnum publicum.

Dices, at Hurtadus, Diana, & Tancredi, modo oblati non addunt hanc limitationem, quæ excludit damnum proximi. Respondeo, id mirum esse nulli, quod hi hanc limitationem non addant, & Baronius reprehendat Tamburinum, qui addit, & quod hinc collige solidam Tamburini, & eam sententiam tam doctrinam, nam animadvertens, hæc limitationem non addita, non posse eam sententiam admittere, ipse expresse prudenter illam apposuit.

CAPVT XXV.

Injuncta Gradatio Baronii.

1. Nier cæteras amplificationes Baronii obversus Tamburinum, excedit illa, quæ per gradationem inducit sententiam ejus esse licentem, quam sunt aliorum de Societate sententia, atque id ita audacter, & ita verbis, sententiam insolentibus, ut me pudeat tantæ ejus impudentiæ. Jurgis ergo prætermisissis, hæc sunt ejusdem verba disp. 1. sec. 5. d. 2. fol. 77. quæ faciunt ad nos.

2. BARON. Comitoli l. 1. quæst. 15. nunquam patitur, recedamus à sententia, quæ fiat pro lege servanda si sanciat res necessarias ad salutem officii ecclesiæ, vel Causæ.

Alii ex Societate id concedunt: si oportuerit, quæ favet rebus necessariis, cum necessitate dicta, non præcepti, sit probabilior, & communior id est iuramentum.

bus argumentis, majori numero Doctorum, vincat opinionem, quæ stat pro libertate & commodo.

Sanchez, i. 1. in Dec. c. 10. credit, sin toto vitæ decursu secunda sit hæc sententia; versanti ad minus in articulo mortis esse eligendam, ne de eternitate periclitetur.

Tamburinus uno audaci, & præcipiti saltu transiit hos quatuor gradus; quare securitatem pollicetur is, qui deserunt opinionem pro lege stantem, etiam tutiorem, etiam communiorem, etiam in articulo mortis.

Et paulo post. Quò vero gradu probabilem liceat sequi? Omnium minimo, non utraque probabilitate, sed altera, vel extrinseca ab uno Authore contra innumeros, vel intrinseca ab aliquo argumento tenuissima probabilitatis.

Quis non obstupescat ista doceri tanta fiducia, & habuisse Laudatorem (Theophilum,) &c. Hæc Baronius.

3. Tot sunt hic ineptæ, & falsæ dictæ, ut ego contra obstupescam, tantâ audaciâ, hæc ab homine Religiosi Ordinis effari.

Porro recolendum est Primo, quænam sit germana doctrina Tamburini in hoc negotio. Probabilitatem, quam supra exposuimus cap. præsertim secundo à num. meo 8. cap. 20. & cap. 23. nimirum esse illam, quæ semper debeat esse ejusmodi, ut à probabilitate oppositæ partis non obscuratur.

Ex hac solenni ejus doctrina clare ostenditur, ipsum potius strictius, non autem mitius loqui, quam prædicti loquantur (si tamen ita loquerentur: nam ceterum mox videbimus, eos infideliter citari.) Ostendo, initium faciens ab ultimo gradu, id est, à dicto Sanchez.

4. Hic (esto) absolute concedit, sectari non posse opinionem probabilem solum extra mortis articulum. At Tamburinus id non concedit sic absolute, sed omnino vult, ut fiat semper comparatio cum sententia oppositæ, quod, si inveniatur ejusmodi, ut obscureretur, illam non liceat sequi, nec extra articulum mortis, nec in illo.

5. Alii è Societate Jesu concedunt, debere nos sequi opinionem probabilem, si opinio tuta sit probabilior, & communior, id est, firmioribus argumentis, & majori numero Doctorum vincat opinionem, quæ stat pro libertate, & commodo, concedunt, inquam. Sed quid contra Tamburinum? hæc enim est ipsa germana ejus doctrinæ; nam non solum is id concedit, ut aliis, sed prorsus id requirit. Quando enim opinio sit tuta, sit probabilior, sit firmioribus argumentis, sit majori numero Doctorum vallata, certe obscurabit aliam oppositam, quare hæc, amissa (ut ita loquar) probabilitate, non poterit eligi, sed omnino illa alia erit eligenda.

6. Suarez (esto) vult, valere sententiam Comitoli de opinione, quæ stat pro lege semper servanda, si hæc lænciat res necessarias necessitate Medii, vel Causæ, At Tamburinus amplius vult, ut nimirum quando opinio, quæ stat pro lege ea est, ut non obscuratur ab opposita parte, non solum recipi debeat, si lænciat res necessarias Medii, & Causæ, sed etiam debeat recipi, si res sint necessariæ ex quocumque capite, seu præcepto.

7. Denique Comitolus (esto) nunquam patitur, ut recedamus à sententia, quæ stat pro lege. At Tamburinus, si non sic absolute, certe cum sua solenni exceptione, nunquam patitur, ut recedamus à sententia, quæ stat pro lege, si probabilitas ex parte legis obscuratur, seu vincat illam, quæ est opposita. Quan-

do autem vincat, vel non vincat, late Ipse prosequitur (ut aliis notavi) lib. 1. in Decal. c. 3. §. 3. à num. 12.

Aliæ observationes contra prædicta à Baronio.

8. Recolendum est Secundo, Tamburinum nolle esse recipere, ut vidimus supra c. 2. num. meo 16. illam sententiam, quæ dicebat, posse nos indifferenter sequi opinionem in minimo gradu probabilem, quomodo ergo, Baroni, nunc de Tamburino absolute dicis (Gradu omnium minimo?)

9. Recolendum est Tertio, Tamburini sententiam, per quam possumus authoritati extrinsecæ fidei, debere vallari à quatuor conditionibus; hoc est, ut Author, qui illam affert, sit Primo, doctus. Secundo, Rem ex professo tractet. Tertio, firmam rationem pro se habeat. Quarto, nihil appareat contra ipsum convincens, ut vidimus supra c. 2. n. 7. meo. Quomodo igitur nunc temere mutans doctrinam ejus, dicis (vel extrinsecæ ab uno Authore) & nil præterea, tacens tanti momenti conditiones?

10. Recolendum Quarto, quod millies repeti, unde vereor, ne quis mihi exprobet crambem recolatam (sed ignoret benevolus lector, adigor enim ab Adversario) Recolendum, inquam, Quarto, nunquam Tamburinum admisit, tenuissimam probabilitatem, & quando admisit tenuem, cum illa exceptione semper admisit, modo ab opposita parte tenebras non conceperit. Cur ergo tu iterum, iterumque inculcas illud (tenuissimæ probabilitatis?)

11. Recolendum Quinto, alios Doctores non seculas, ut vidimus supra c. 2. à n. meo. 13. sustinere, etiam in fine mortis probabilitatem illam eligi posse. Cur ergo tu unum Tamburinum reprehendis?

Respondebis, quia hic est à Theophilo commendatus. Optima Responsio. Non ergo doctrina te vellicat, sed aliquid aliud.

Qua fidelitate prædicti Doctores citentur.

12. Dictum est modo (esto, esto, &c.) nam ceterum prædicti Doctores, qua fidelitate afferantur nunc, Attica fide, breviter expendam.

Initium sumo à Comitolo, ejus verba sic retulit modò Baronius.

BARON. Comitolus l. 1. q. 15. nunquam patitur, recedamus à sententia, quæ stat pro lege, quæ una illi tuta est.

Audiamus nunc Comitolum, ac videamus, an hæc ipse dicat loc. cit. lib. 1. q. 15.

Quæstio XV.

COMITOL. Annua Confessio sive anni, quo quis de suis peccatis confiteri debet, initium sumendumne sit ab extrema Confessione, an à tempore Paschali, à doctis quæsitum, & disputatum, Sotus annum Confessionis exorditur à postrema. Sanctus vero Antoninus consistendi tempus vult esse Pascha, &c.

Et paulò post. Posterior sententia (hoc est S. Antonini) verior existimari debet, non solum numero, & autoritate Doctorum, sed etiam potissimum ratione, quia Ecclesiæ leges, quæ Generales sunt, debent esse certæ, & fixæ, & fixæ habere tempora, ut & ii, qui parere debent, sciunt, quando

paren-